¶ Quedam verba abusiue formant frequentatiuum. vt ago / agis / agito. hinc exagito / subagito / et coagito. Uirgilius. Ipse dies agitat festos. Plinius. Omnes pisces cum extincti sunt / fluitant. i. supernatant. ¶ Quesito penulti. pduc. a queso / non autē a quero. ¶ Fundito / as. a fundo / dis. Plautus in Amphi. Cum cruciatu tuo isthec hodie verna verba funditas. ¶ Cogito a cogo. i. rem frequenter ad memoriam duco / vel cogo. ¶ Noscito a nosco. Plautus in Cistella. Nunc vestigia si qua sunt noscitabo. ¶ Pauito a pauco. Uirgilius secundo. Prosequitur pauitans / et ficto pectore fatur. ¶ Nato / natas. a no / nas. penulti. bre. Persius. Hoc natat in libris. hinc annato innato / enato. penulti. bre. ¶ Querito penult. breui. a quero / quesitum. significat instāter / et vix quero. Terentius. Lana et tela victum queritans. ¶ Pascito a pasco. pro pasco / pascas. Uarro. Nunc feras que in syluestribus locis pascitant. ¶ Aegroto / ex egro. significat sepe eger fio / siue varia valitudine afficior. ¶ Noto / notas. priore de noto. penulti. breui. pro considero / signo / taxo. et potius a nota ducitur q̄ a notu. Inde annoto / denoto. peñ bre. ¶ Quesito penul. lon. a queso / nō a queo latini affirmāt. ¶ Scitor penultima longa. a scio. i. interrogo / et inuestigo que secretiora sunt. Uirgilius. Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phebi. Mittimus. ¶ Sciscitor penultima breui. a scisco. i. scitor. et magis in vsu q̄ scitor. Terentius. Quicquid est libȝ hic sciscitari. ¶ Sector / sectaris. pro sequutor. a sequor. i. sepius / et quasi continue sequor. Inde insector / insectaris. i. vehementer sequor / insequor / vel prosequor. Terenti⁹. Sectari iussi si potis est. ¶ Loquitor a loquor. Gellius libro primo. Supra modum loquitans conturbat.

Quesito. Cogito. Noscito. Pauito. Nato. Querito. Pascito. Aegroto. Noto. Quesito. Sciscitor. Sector.

¶ Annotatiuncula de vsu frequentatiuorum.

¶ In frequentatiuis cudendis sumus parci / vixq̄ alijs ineītis vtemur: nisi forsan in amplo opere. fastidiūt eni eruditi et latini hmōi frequētatiua. legito / frangito / tangito / pāgito / vocito / calcitro / castigito / risito / valito / ⁊ similia. qr autoritate non probātur. Itaq̄ hec de frequentatiuis precepta non sunt liberi⁹ vsurpāda / nisi que autorum splendescūt vsu / qualia sunt apud Gel. hec et multo plura. Appellito / accessito / aduentito / portito / risito / ito / defensito / hesito / victito / solito / defenso / ventito / obseruito / surrectito / vectito / responsitor / malitor / diuersitor. ⁊c̄.

Annotatione non indigna.

¶ Alia annotatio de ijs quæ significatione frequentatiua deficiunt.

to come to. / to endyte or wrytynge.

Aduento accedo / scribenti prælego / dicto,

Præte, & supi, verboꝝ.

of come to. to endyte a wrytynge.
vt aduentito/as. dicito/as.

Hæc in ito potius formantur quando frequentant:

I couet to sell.

Cum sensu patris cupio/dant vendito capto.

Aduento. Dicto. Aduentito. Dictito Capto. Vendito.

¶ Quedam sunt que a significatione frequentatiua deficiunt: vt aduento nõ est frequenter venio sed accedo. ¶ Dicto non est sepe dico/sed prelego vt alius scribat: et suggero vt ratio dictat. Boetius. Ecce mihi lacere dictant scribenda camene. Sed qz dictãs sepe idẽ dictat et iterat/ne notarius inepte scribat: dicto recte frequentatiuum dicitur. Usitatius tamẽ hec duo cum sint frequentatiua/in ito potius formãtur: vt aducentito: dictito. Preterea capto nõ est frequenter capio/sed capere cupio. Martialis. Dum me captares mittebas munera nobis. ¶ Vendito non frequenter vendo/sed cupio vendere: vel sedeo ad vendendũ: vt hic venditat libros.

Effectiua siue continuatiua.

Est effectiuum verbum vel continuatum

Quod fio atq; sui primiti mobile signat,

.i. declinationis.

Neutris quod proprie flexus formato secundi.

vt vileo viles vilesco .i. vilis fio.

Co cum persona presentis iunge secunda

vt labasco .i. labo vel cado.

Improprie ex alijs verbis. at nomina quedam,

vt herba herbesco.

Finalem mutant vocalem semper in esco.

¶ Annotaito.

Ista sed hinc demas primitiue speciei,

Hisco/compesco/dispesco/suesco/quiesco/

Cum conquinisco/rescisco/fathisco/fatisco.

Tepesco. Presentito. Hisco. Fathisco. Fatisco.

¶ Effectiuũ siue continuatiuũ verbũ est qd sensum sui pmitiui: sed adiectiui: et non verbi: cũ hoc verbo fio sigt: vt calesco .i. calidus fio. Dr etiam continuatiuum qd cõtinuũ in remẽtũ passionis innate sigt: et a Valla augmentatiuũ appellatur: et proprie tantũ fit a neutris secũde cõiugationis/addendo persone presentis indicatiui singularis numeri syllabã co/vt tepeo tepes tepesco .i. in horas/vl magis ac magis tepidus fio: sic albesco nigresco madesco. Quedã ab alijs verbis qz neutris (improprie tamen) formantur. nõ dicenda effectiua/sed ijs similia. Licet a quibusdã sic nũcupẽtur: vt presentisco .i. presentio: concupisco .i. cupio. ptimesco .i. pertimeo. edormisco .i. edormio. prescisco .i. prescio. sic et rescisco/cõpesco/dispesco/suesco/quiesco/ conquinisco. hisco quod significat pprie oscito. Itẽ os ad loquẽdum aperire. Plau. Ne hiscere quidem audeo. Itẽ patefieri. Ouid. hiscere namqz tibi terra negandi foret. hinc dehisco. Vir. Que satis ima dehiscat terra mihi. Fathisco cum aspiratione .i. abundãter aperior. Ambrosius li. hexa. Plerumqz terra meridiane plage torrentur ardoribus atqz estu soluta fathiscit. Fatisco sine aspiratiõe id est deficio/aut fatigor. Statius. Brachia iãprudẽ cyclopũ operosa fatiscunt. Formantur etiam a nobis finalem vocalem mutando in esco; vt iuuenesco .i. iuuenis fio: senesco .i. senex fio: herbesco. id

est herbosus fio: dumesco.i.dumosus fio: sic syluesco/frōdesco/floresco.&c. Repuerasco herbesco.
tamen contra hanc regulam formatur.i.rursus puer fio. Veterasco.i.vetuscesco: hoc Repuerasc[o].
est vetus fio. Inueterasco valde in consuetudinē venio. Nigidius tamē sic distinguit Veterasco.
Vetustescunt que vetustate deteriora fiunt: veterascunt que meliora fiunt. Et quāq̄ hec interim confundantur: tamē venuste aliquando seruabitur. Politianus in prefatiōe miscella. Si mō hec ipa nō vetusscescere adhuc: sz veterascere de integro possint. Integrasco.i.integer fio. Teren. Hoc malum integrascit.

¶ Desideratiua forma.

vt esurio/desyderio esse/vel comedere. .i.primitiui.

Verbum quod signat desydero/cum sibi patris,

vt edo/es/esum/esu/esurio.

Infinitiuo, de posteriore supino.

esuriui.

Fit rio/coniuncta, quarti semper quoq; flexus.

esurio/parturio/nupturio: superius dicta.

Preteritisq; carent praeter tria sicq; supinis,

Excipias scaturit scateo pro simplice sumptum.

¶ Desyderatiuū verbū est quod a Prisciano meditatiuum vocatur/et terminatur in rio: vt esurio/nupturio/& parturio. Et per infinitiuum sui primitiui/et verbū cupio explanatur/estq; cōiugatiōis quarte/sine p̄teritis et supinis: vt in quarta cōiugatione ostensū est. vt esurio.i.cupio esse vel comedere. Nec vllo mō meditatiua vocari possunt. Scaturio excipitur/quod licet sit in voce desideratiuū in significatiōe pro primitiuo scateo/qđ idē qđ emanco/erumpo/ebullio sigt. Hiero. In sepulchro eius nō nisi manna inuenitur/quod et scaturire cernitur. A maturio autē lecturio dicturio cum amasco/& legisco/quibus placent relinquimus. Ipsa quidē ceteraq; eiusmōi nisi apud authores probatos inueniantur: non in gregem desyderatiuorū et effectiuorū ascribendo censemus. Esurio. Scaturio.

¶ Motiua.

Motiuum verbum quod signat eo atq; gerundum.

Primiti/iuncta ad, sic fit, mutatur in esso.

Is, de persona praesentis rite secunda.

Hinc deme accerso viso arcesso atq; lacesso. Capesco.

¶ Verbū motiuū quod in so terminatū per gerūdiū sui p̄mitiui/ cū prepositiōe ad/ Facesso.
et verbum eo/is: aut synonimū explicatur. Estq; cōiugationis tertie/et formatur a Accerso.
seđa p̄sona p̄sentis indicatiui: is syllaba mutata in esso: vt a capio capis capesso.i.eo Arcesso.
ad capiendū. Facesso.i.eo ad faciendū. Demūtur hec que hāc formā nō sequūtur: accerso & arcesso eiusdē significationis: pro eo ad vocandum. Teren. Obstetricē accerso. Fit autē accerso ab accio is/iui. Arcesso ab arcio/ qđ idē est: cū apđ antiq̄s (vt Priscianus inquit) ar pro ad poni cōsueuerit: vt aruenas/aruelare dicentes: pro aduenas aduolare. Unde ostēdit recte arcesso dici ab arcio/ qđ nos accio dicimus: apud Virg. tamē li.iiij.geor. pro attraho ponitur. Hinc pecudes armenta viros genus omne ferarum. Quemq; sibi tenuis nascentum arcessere vitas. Quāq̄ & arcesso ab arcio pro accuso s[ecundu]m quosdam esse possit. Salusti[us] in Jugur. Quo facilius indicio regis Stauri/et reliquorum quos pecunie capte arcessebant: delicta patefierent. Similiter vi=

so/is. a video/es. i eo ad videndum. Terentius in Hecyra. Non visam vxorem Pāphili cum in proximo sit egra. Idem in And. Id viso/tu ne/an illi insaniant. Ponitur etiam pro videre. Idem in Phormi. Uultis ne eamus visere. Inde reuiso/prouiso/inuiso: et visito frequentatiua. Et

Lacesso. lacesso/is. a lacero. i. eo ad lacerandum/vel prouoco. Salustius. Pridie legiones in monte positas lacessiuit. Uirgilius. Efficiam p hac ne quemq̄ voce lacessas.

Imitatiua.

Est imitatiuum/quod signat partem imitari.

I/patris iungas zo/vel sso: quædam in or dant.

Uerba imitatiuum est quod signat patrem imitor: et imitationem sui primitiui significat. vt patrizo/vel patrisso. paternos mores imitor. Terent in Adel. Laudo te resipho patrizas. abi/te virum iudico. Matrisso/as. matrem imitor. Uulpisso/vl' vulpizo. vulpinas fraudes imitor. Atticisso. attice loquor. Plau. Non atticissat/sed siliciissat. Grecisso/as. grecos imitor. Et formatur a primo casu primitiui in i/adiuncto zo/vel sso. vt a patri/patrizo/vel patrisso. Quedam formantur in or. vt philosophor/philosopharis. philosophos imitor. et poetor/poetaris. i. in poetica exerceo/siue poetam ago Ennius. Nunq̄ poetor nisi podager.

Patrisso.
Matrisso.
Uulpisso.
Atticisso.
Grecisso.
Philosophor.
Poetor.

Diminutiua.

to sype. — to chat.
vt sorbeo es. sorbillo. — garrio/is. garrulo.

Diminuens is, & es/in ulo mutat/vel in illo.

Præsenti patris: sensum patris minuitq;.

to rebuke — to deceyue.

Est primi flexus deme hinc sugillo/cauillo.

to go a laute. — to tyde. — to sype.

Et catulo quarti/tituloq;, titillo, pitisso.

Diminutiuum verbum est/quod in ulo/vel in ilo finitum sui primitiui diminutionem importat. vt sorbillo/las. parum sorbeo. Et formatur a secunda persona presentis indicatiui mutando is/vel es/in ulo/vel in ilo. et est prime declinationis. vt a garrio ris. garrulo/las. i. parum garrio. Terentius in Adelphis. Et cyathos sorbillās paulatim hinc producam diem. Ab hac forma excipiuntur hec. suggillo/las. quod licet a sugendo dicatur. signat tamen ex percussu carnē maculo: q̄ succus. hoc est liuor dicatur. Inde suggillatus. i. percussione maculatus aut liuore. Plinius libro. xxvii. Caseus recens cum melle suggillato emendat. Interdū suggillare/est deridere/detrahere/accusare/reprehendere. Liuius. Legati grauiter ferentes se suggillatos eē. Hieronymus in prefatione Pentatheuci. Qui me asserūt in. lxx. interpretum suggillatione noua pro veteribus cudere/non damno. &c. Cauillo/las. et cauillor laris. deponentale. quanq̄ a caluo/is. dicatur. significat tamen fallacia/aut dolo vtor. Cauillationē Cicero de oratore libro secundo. accipit pro generali quodam facetiarū genere. tāq̄ scōmate faceto & cauillo dicaculo. vbi sequit. Duo sunt facetiarum genera. Alterum equaliter in omni sermone fusum. Alterum peracutum et breue. Superior cauillatio/altera dicacitas nominata est. Catulo/lis/lire. est gestire/et coitum maris appetere. Plautus. Quin meam vxorem vidi catulientem. Titulo/las. est titulum impono. Hieronymus in prologo super Psalmos. Sciendum est centum quinquaginta Psalmos Dauid cecinisse/q̄uis aliorum nominibus titulentur. Titillo/las. est per blandimenta ingero/prouoco/commoueo. vt fit cum quis carnis pruritum sentit. Lactantius libro sexto. His blandimentis/et suauitatibus titillat animas. Item pitisso/las. quod significatione diminutiuum est. sed non voce et significat: parum gusto. Terentius. Pitissando modo mihi quid vini absumpsit.

Sorbillo.
Garrulo.
Suggillo.
Cauillo.
Cauillatio.
Catulo.
Titulo.
Titillo.
Pitisso.

Apparitiua.

Apparere notans/cum vocali præeunte.
vt albeo/es.albico/cas.
S/in ico vertit præsenti tempore patris.
.i.albeo manifeste/vel aperte.
Est primi flexus/patris actum signat aperte.

¶Apparitiuum verbum est/quod in co terminatum sui primitiui actum manifeste significat/ et formatur a secunda persona presentis indicatiui s/ litera cum vocali preeunte/mutatis in ico. vt albeo/albes. albico/albicas.i.manifeste albeo. Fodio/fodis.fodico/fodicas.i. manifeste fodio. Uellico aperte vello. Nutrico/nutrio.cum ceteris. Albico. Fodico. Uellico. Nutrico.

¶De formatione participiorum.

De participijs præsentis in ens & in ans.

Participans præsens/de imperfecto bene formas.
vt amabam/amans.docebam/docens.loquebar/loquens.
Preterito, si bam/vel bar mutaris in ns.

¶Exceptio.

qd facit ambiens/entis.
Hinc tamen excipies(dempto ambio)eo queo nata.
vt adibam.adiens/adeuntis.adeũdi/do/dũ.inquiens/euntis.eundi/do/dum.
Que per iens/genitum per euntis, eundo gerundum.
Donant, & præsens/absens de absum, quoq; presum.

¶De participijs præteriti temporis/& prioris futuri.

temporis.
Præteriti/sic participans formato/supino.
vt a doctu/doctus. a doctu/docturus.
V si coniungas/rus participansq; futuri.

¶Exceptio.

a morior qd mortuũ in supino. ab orior qd ortũ facit.
Mortuus hinc tollias moriturus sic oriturus.
a fuo/futũ antiq verba que faciunt utum secundum quosdam.
Fio futurus:& exutum quedam per iturus:
Sic nosco, ignosco/tamen ignoturus habetur.

¶Priscianus docet qdã eẽ vba in utũ supina formantia/ quorum participia futuri formant per iturus.et verbalia in itio. vt argutu/arguiturus.tutũ/tuiturus.sputuz spuiturus.plutũ/pluiturus.Salu.in histo Quos aduerium multi ex Bythinia volentes occurrere/falsum filiũ arguituri. Sed tuiturus videtur potius a tuitũ/quod aliquando a tueor ducitur. Similiter nosco facit nosciturus. sed(vt Niniuita censet) a noscitũ antiquo supino. Jtidẽ ignosco fm Pisonẽ frugi.li.ij.annal.ignosciturus. Ubi dicit.Quocunqz deliquisset/ignosciturũ affirmabat. habetur et ignoturus fm regulam.Cice.in Cato.Maio. Jgnoturum alteri quod patrẽ alteri quod tutorẽ secutus est.Catol.i.v.Orige.Quod eorum nemo mihi ignoturus est. Arguiturus. Tuiturus. Nosciturus. Ignosciturus.

¶De participijs posterioris futuri in dus.

In dus participans formes ex participante,

vt amantis.　　vt amandus.

Præsentis geniti si tis mutaueris in dus.

¶ Formatio verbalium nominum in or, us, io, ura, & trix.

Ex u / conficies in posteriore supino.
Verbale or / simul us / vel io, iungatur & ura.
Ex to trix formes, tamen ex sor rarius exit.

Cultor. Cultus. Accessus. Luxus. Accessio. Connexio. Cultura. Cultrix. Tontrix. Assistrix. Possestrix.

¶ Verbalia in or/us/io/ura/ & trix. formantur a posteriore supino/ hac lra u/ mutata in or/ vt cultor/defensor. In us. vt cultus. i. ornatus. accessus. i. additus. lux⁹. i. libido. In io. vt lectio. accessio. i. incremētū. cōnexio. i. vnio siue colligatio. In ura. vt cultura. i. ornamentū/ aliqn̄ terre aratio. cū agri syllaba iuncta. vt agricultura. In trix v̄bo formātur a v̄balibus i tor/ versa in trix. vt a cultor/ cultrix. victor/ victrix. Pauciora sunt verbalia in trix/ a verbalibus in sor. sed sunt pleraq; in sor (vt diximus in de generibus) cōis duorum. leguntur tamen apud probos tontrix/ assitrix/ et possestrix.

¶ Exceptio.

Quod dat itum vel ctum cum c verbum quoq; primæ.
Atio verbali, sic participante futuri.
Aturus præbet. demas seco sectio formans.
Atq; secatio quod rarum est, hinc consule Vallam.
Dant in itor vel itus, legitur sed raro domator.

Sonatio. Sonaturus. Sectio. Secatio. Domitor. Cubitor. Domitus. Cubitus.

¶ Verba p̄me cōiugatiōisq̄ itū vel ctū cū c/ in supino faciūt verbale in atio potius q̄ in itio. et participiū prioris futuri in aturus potius q̄ in iturus. vt sonatio/ sonaturus. plicatio/ plicaturus. &c. Demas hinc sectio a seco/ qd̄ aliqn̄ (licet rarius) secatio format. autor est Valla. Formant verbalia poti⁹ in or et itus/ q̄ in ator/ et atus. vt domitor/ cubitor. domitus/ cubit⁹. Tibullus solus dixit li. iiij. Te duce non alias conuersus terga domator. Columel. li. vij. Cubitorē bouē appellat q̄ sepe discūbit et pulcaci cōtumacia. Hiero. li. Can. Cū rex esset in accubitu suo. Plin. tn̄ dt. Incubatu oia tonuerit/ oia pemit. Idē. Domitura boū. Ouid. de tristib⁹. Qui modo de tetrico referas domitore chimere. Sunt qui dicunt hec verba olim fuisse tertie/ et ideo in itor/ et itio/ et iturus (licet rarius) reperiuntur.

¶ Annotatio de imperatiui modi formatione, in qua sæpius oberrare solēt Grammatistæ.

¶ Ama/ doce/ audi ab amas/ doces/ audis. ablata s/ litera. Lege a legis. ablata s litera. et i/ in e/ versa. Dicimus tamen fac/ duc/ fer. &c. vt patebit. In tertia persona presentis imperatiui amet ab amo/ o versa in et. legat a lego/ o versa in at/ doceat. audiat ab doceo. audio/ o versa in at. Prima pluralis a tertia singulari/ t litera versa in mus. vt amemus/ doceamus/ legamus/ audiamus. que etiam sunt voces futuri optatiui. Tertia pluralis a tertia singulari/ n litera ante t/ interposita. vt ament/ doceāt/ legant/ audiant. Secunda pluralis a secunda singulari/ addita te/ vt amate/ docete/ audite. Legite tamen a lege. e/ in i/ versa. Prima et tertia futuri a secunda presentis imperatiui/ addita to syllaba. vt amato/ doceto/ audito. Legito tamen a lege. e/ in i/ versa. Secunda pluralis a secunda singulari/ addita te syllaba. vt amatote/ docetote/ legitote/ auditote. Tertia pluralis a tertia presentis indicatiui/ addita o/ litera vt amanto/ docento/ legunto/ audiunto. Antiqua sunt amentote/ legitote/ auditote. apud doctos.

¶ De formatione impatiui modi passiuę vocis.

¶ Scd̄a p̄ntis ipatiui passiui formaт a scd̄a actiui/ addita re syllaba. vt amare/ do

cere/legere/audire.q̄ eedē fiunt voces infinitiui actiue vocis. Tertia taʒ singularis q̄ꝫ pluralis fiūt a tertijs actiuorū/addita ur. vt ametur. amentur. doceā/doceantur. legatur/legantur. audiatur/audiantur. Prima plr̄alis a prima actiuorū s in er versa vt amemur/doceamur/legamur/audiamur. Secūda plr̄alis a scd̄a plr̄alis actiuorum/ te versa i mini. vt amamini/docemini/legimini/audimini. Scd̄a et tertia futuri passiui a scd̄a et tertia actiui addita r lr̄a. vt amator/docetor/legitor/auditor. Prima pluralis futuri/eadem cum presenti. Secunda pluralis a secunda presentis. i. finali versa in or. vt/amaminor/legiminor/audiminor.

¶De defectiuis verbis & anomalis,

Confit confieri. suffit suffire leguntur.
Defit defieri tantum sic infit in vsu.

¶Confit/confieri. ꝑ cōficitur cōfici. et suffit/suffire ꝑ suffumigo in vsu sunt apud autores. Macrobius. Oportet diem qui ex quadrantibus confit intercallere. Uirgili⁹ quarto. Confieri possit paucis aduerte docebo. Idem. At suffire thymo ceraq; incidere manes. ¶Defit/et defieri pro deest/et deesse. Et infit/pro dicere incipit. et pro incipit in vsu reperiuntur in reliquis vocibus deficiunt apud recentiores. Uirgili⁹. Lac mihi non estate nouum nec frigore defit. Terentius in Hecy. Nihil apud me tibi fieri patiar. Priscianus dicit defio in loco passiui deficio habere/sed sine teste. Liuius libro primo. Tum ita Tullius infit. id est/dicere incipit. — Confit. Defit.

Ista forem, res, ret, rent. cum sibi compositiuis,
Sunt optatiui, coniunctiui quoq; voces.
Infinitiui fore temporis estq; futuri.

¶Composita a forem sunt ista. afforem. i. adessem. Conforem. i. simul essem. Uirgili⁹. Atq; vtinam rex ille afforet Aeneas. Terentius. Spero confore. i. conuenire/vel concordes esse/vel simul fore. Defore. defuturum esse. Sillius. promittitq; viris nulli se defore testem. Profore. i. prodesse. Horatius Que nocuere sequar/fugiam que profore credam. Abfore i. absuturum esse. Ouidius. Sumitur tamen aliquando forem ꝑ essem. et similiter sua composita. — Forem. Afforem. Conforem. Defore. Profore. Abfore.

Faxo dat faxis faxit, pluraleq; faxint.
(.i. indicatiui. .f. temporis.)
Pro faciam/primi estq; modi vox vlla futuri,
Sic faxim flectes optatiuiq; futuro,
Dic subiunctiui præsenti tempore faxim.

¶Terentius. Faxo iam hic aderit. i. faciam. Liuius. Quod faxitis deum volo fortunare. Cicero de senectute. Nemo me lachrymis decoret ne funera faxit. Terenti⁹ in Heau. Utinam dij ita faxint. Plautus. Uerbum caue faxis. — Faxo.

Flecte modi primi sic optantisq; futuro.
Ausim sic ausis ausit tantum simul ausint.

¶Liuius libro primo. Nec si sciam dicere ausim. i. audebo. Festus dicit ausis/pro audeas. Ouidius meta. vj. Et nihil est quod non inopino captus amore ausit. — Ausim. Ausis.

Præsenti salue & saluete modi imperialis,
Salueto flectas & saluetote futuro:
Infinitiui præsens saluere dabitq;.
Atq; modo simili variabis aue valeq;,
Saluebis Cicero. valeant Terentius inquit.

¶Cicero ad Atticū. Saluebis a meo Cicerone. Lectū est apud antiquos salueo salueat et salueant, vt Plautus in truculento. Terent. Ualeant qui inter nos dissidium — Salueo.

Aue. Uale. Salue. volunt. Idem. Jubeo te saluere. Dicimus aue ipsi venientes/etiam aduenienti. Dicimus vale/et aliquando salue recedenti. Et dicitur aue ab aueo/aues. i. cupio/ꝛ premium a cupitate gaudeo. vt sit aue gaude/et letare. Non autem dicitur ab a. i. sine/ et interiectione veh. vt barbari quidam censent. Martialis. Jam satis est non vis apher auere vale. Idem Mane tibi pro me dicet auere liber.

Aio. Præsenti aio & ais, simul ait format & aiunt.
Imperfecto aiebam cum socijs, & aisti.
Perfecto, vel aisti. ai modo & imperitanti.
Optatiui aias iat iamus, iantq; futuro.
Aiens participi. sed cætera non parit vsus.

Gellius libro decimo sexto. Siue aias/siue neges/herebis in captione. Augustin' dixit aisti/et aistis. Uos adijcientes in malo aistis. Plautus. Uel ai/vel nega. Cicero de filio bono. Quasi ego curem quod ille aiat/aut neget. Priscianus aiamus dixit libro primo construc. Sabellicus arbitratur legendum esse apud Catellum. aite pro dicite. Apuleius sexto Methamorphose. Sic aiens crystallo dedolatum vasculū tradidit. Cicero in Topi. Contraria aientibus inquit.

Cedo. Præsenti tantum cedo dic, cedite imperitantis.

Cedo cuius prima corripitur est vox tantum imperatiui pro dic/vl' da. format cedite. pro dicite/vel date. Terentius in Eunu. Quid factum est/cedo. Idem in Phor. Tu mihi argentum cedo. Cedite rarius. nisi apud Plautum: pro quo vetustissimi cette protulerūt teste Marcello. Ennius in Medea. Saluete optima corpora/cete manus vestras measq; accipite.

Flecte diunt pro dent optatiuiq; futuro.

Diunt poeticum. vox sola futura optatiui/a quo perduint. apud Terentium non rarum. Dij tibi exitum duint. In Andr. Et in Eunu. Ut omnes dij deęq; perduint.

Gignit ouat vel ouans & ouatio cætera raro.
Et licet aduerbum visum, verbum dat amabo.

Ouat. Ouans. Ouatio. Ouo/ouas. Amabo. Ouat/ Phocas solum ponit tertie persone defectiuum/cuius participium ouans/ et verbale ouatio. i. paruus triumphus. reliqua parum sunt in vsu. Licet aliqui dicunt. Ouo/ouas/ouat. ꝛc̃. Parce tamen vtendum est quod apud autores rarū. Ouat id est/letatur. gaudium vociferando/vel canendo monstrat. Amabo (autore Nimit ta) integrum est: quia deducitur ab amo. amas. Nec est proprium aduerbium/vel interiectio/licet vtriusq; vice blandiendi fungi videatur. Regit enim post se accusatiuum casum. vt amo. et penultimam producit semper. Comicis valde familiare. Cicero libro secundo epistolarum. Amabo te cura/et cogita.

Quattuor hęc odi memini cœpi quoq; noui.
i. indicatiui.
Pręterito primi variato modi reliquisq;,
Temporibus ductis ab eo: sensum retinebunt.
Voceq; præteriti: præsentis præteritiq;.
Flecte memento modiq; futuro: tote secundi.
A cœpi cœptus deducitur: osus ab odi.

Odi. Odi. i. odio psequor. frequēs (odio/is. rarius apud Ethnicos) fm q̄sdā vox est preteri-

teriti et sensum habet presentis imperfecti et preteriti.i.odio/odiebam/odiui/et in=
de osus/osurus/et osor. Cicero tamen odio/odis.est vsus libro de Oratore. Aut odi=
ant/aut diligant. Seneca de virtu. Neminem odias. Hierony. in Psal. Odiui omnez
viam iniquitatis. Ab osus participio perosus/et exosus. quorum verba exodi/et po Osus. Perosus
di exoluerunt. Plautus. Inimicos osa sum. Uirg. Si nondum exosus ad vnum Tro= Exosus.
anos. Naso. Ille perosus op[illegible]s. ¶ Coepi cum oe diphthōgo a coepio antiquo. pro in
cipio quod apud antiquos in vsu erat. Teren. in Adel. Sex totis mensibus obsecisse
quam hic coeperet. Ca. Coepiam seditiosa verba loqui. Nunc preterito eius pro p̄= Coepi.
senti vtimus cum deductis. Coeperam/perim/pissem/ro/pisse coeptum ire. et coep=
tum/ti quod est principium. Ouidius. Dij coeptis aspirate meis. Caepi cum ae di= Caepi.
ph:hongo est preteritum solum a capio. Unde captus participium. sed a Caepi/cae
ptus.

Quęsumus a quęso, sed quęsit quęsere raro.

¶ Queso vox presentis indicatiui dat solum quesumus. pro rogo/et rogamus. cete= Queso.
ra exoluerunt. Politianus per i/quesimus scribit. Olim eniz integrum fuit. queso sis:
quesiui/quesitum/et quesum. autor est Niniuita. Infinitiuum quesere.

Inquio siue inquam prȩsenti quis quit suntq;,
Perfecto inquisti simul inquit: sicq; futuro,
Format ies vel iet, modo & inque, iatq; secundo,
Inquiat optantis tantum deflecte futuro:
Participans dat iens/nec in vsu plura reperta.

¶ Cicero de se. Ne inquit et inquiam sepius interponerētur. Cice. de Ora. li ij. An=
cupari verba oportebit/inquio vt ea q̄ sunt frigidiora vitem⁹. Persius. Hoc iuuat h̄
inquis/feto ouisq̄ facit olerum. Iuuen. Quādo artib⁹ inq̄t honestis. Cice. in Uerez.
Ubi sunt Phamphile inquiūt scyphi. Idē. ij. de ora. Tu vero inq̄sti molest⁹ non eris.
Inquies inquiet. Inquam apud Boetiū frequenter occurrent. Inquam etiam inter
dum sig̃t dixi. Teren. Ab te emittere inuitum eam inque. Cice. in. iiij. ad herē. Quid
enim tibi vis aliquis inquiat. Plautus in Aululario. Ita dij faxint/inquito.

Sodes pro si audes. capesis sic/pro cape si vis,
Sultis/si vultis, sis si vis. iunge apage(&)sis.
Pro remoue si vis: voces sunt imperitantis.

¶ His defectiuis vtūtur poete/et comici p̄sertim. & iterdū alij ad vitandū arrogā=
tiā/cū superbū foret maiorib⁹ imperare. Et qr crebra sunt/nō opus erit testimonijs
Apagesis peñ. cor. sig̃t abduc. vt remoue si vis fm Niniuitā. caue si vis. Apulei⁹ Apa
gesis iam cruentos deos. Metri causa interpositi/et/syllabicon per Temesim.

Noctescit/ningit/lucessit/sicq; diescit.
Atq; gelat ternæ hęc impersonalia vocis.

¶ Hec impersonalia (autore Phoca) carent futuro imperatiui/gerundijs/et parti=
cipijs.

¶ Annotatio.

¶ Explicit/et expliciunt. solus Alexander ponit que a probis autoribus censentur
barbara. Nam latini dicunt. Liber est explicitus/aut finitur. Martia. in Apophore
tis. Uersibus explicitum est omne duobus opus.

¶ Annotatio de antiquis.

¶ Si quis omnē antiquitatē diligenter p̄scrutari vellet multo plura inueniret ano=
mala et ecl[illegible]tica. Ut excessis/pro excedas. irritassis/pro irrites. prohibessis/p pro=
hibeas. locassis/pro locaueris. duas/pro des. creduis/pro credas. supplicassis/p supe
plices. negassis/pro neges. taxis/pro tangas. adassint/p adigant sine numero id ge=
nus alia. sunt apud Plau. et vetustissimos. vt vixet p veniat. Plau. Dij te seruassint

Idem. Id Iuppiter prohibescit. Teren. Caue quoque ex isthoc excessis loco pro excedas. Uarro. Caue meum taxis librum. Que omnia sunt fugienda nobis.

Dor der for furo fer / simplex nunc abdicat vsus.

¶ Hec simplicia dor et der passiuũ a do das: for faris. furo. i. insano: fer a for faris in coniunctiuo non sunt in vsu: sed in cõpositione vsitantur: vt pessundor: affor.

¶ De verbis apocopen patientibus.

Dic duc & fer / dico duco facio fert.

Donant cum natis. facio formant fice nata.

¶ Hec quattuor verba patiuntur apocopẽ in scda singulari imperatiui modi tñ nã in plurali integrã seruant formã: vt a dic dicite. duc ducite. fac facite: excepto hoc verbo fer a fero qd facit ferte. Similiter eorum cõposita eandẽ apocopen patiũtur: vt adduc adducite / pter a facio cõposita que integrã seruãt formã: vt efficio / effice: cõfice.

¶ De verbis syncopen patientibus.

vt amaui.

Verbis quæ primi flexus ui præterito dant.

vt amasti pro amauisti. vt amastis pro amauistis.

Præterito numeri persona vtriusq; secunda.

vt amarunt pro amauerunt.

(Vi dempto) & terna plurali syncopa fiat.

vt amaram / amassem / amarim / amaro / amasse. in omnibus personis.

Temporibus reliquis ab eo ductis fit vbiuis.

vt cupiui / audiui.

Verbis quę terni aut quarti iui pręterito dant

vt cupij / audij. in oibus personis vtriusque numerj.

Preterito (subtracto u) syncopa fiet vbiq;.

cupiueram. issem. rim. ro. isse. audieram / issem / erim / ero / isse.

Temporibus cunctis ab eo reliquis quoq; ductis.

triui. siui.

Syncopa non fiet quando bissyllaba vox est.

a scio. a noui. a flo. fleo.

Ni scisti nosti flasti flesti, tamen isti.

Martialis. Equora per scylle magnus comes exules isti.

Pro iuisti legitur, dixti generis reliqua eius.

Teren. Hui dixti pulcre.

Quandoq; inuenies vsurpauisse poetas.

¶ De verbis anomalis.

¶ Uerbum anomalũ vel anorme / est qd cõtra aliorũ regulã formatur. vt Sum / es / fui.
Sum sic declinatur / Sum es est: plurali sum⁹ estis sunt. Impfecto erã eras. &c. Perfe-
cto fui fuisti. &c. cũ ductis fuerã erim / issem / ero / isse: habet preteritũ ab antiquissimo
Fuo. verbo fuo / is. i. sum es. Cui⁹ adhuc aliqua reperiunt apd Plau. et ipsum etiã. Uir. enei.
xj. Tros rutulusue fuat nullo discrimine habebo. Plau. in am. Ne quisque tam audax
fuat homo. Idẽ in cap. Caueto si iratus fuas. Futuro ero eris. &c. Impatiuo mõ sis /
vel es sit. Plurali simus sitis vel estis (aliqñ site) sint. Teren. in an. Bono aio es. Uir.
Sito. huc ades formose puer. Plau. in Cugu. Site mihi volentes ppitie: sz exoleuit. Futu-
ro esto. plurali sim⁹ estote sunto. Optatiuo essem esses. &c. Futuro optatiui et pñti cõ-
iunctiui sim sis. &c. Infinitiuo presenti esse. pfecti fuisse. Futuro futurus. Ens in vsu
doctorũ non a dialecticis vsitatũ. Sum caret gerũdijs et supinis. Potens nomẽ est

partici. Ab presens et absens. Cetera cōposita carēt gerūdijs/participijs/⁊ supinis.
¶ Adsum ades adest: assumus adestis adsūt. Imperfecti aderā. Perfecti adfui/ad=
fueram/adero. Imperatiuo adsis vel ades (nō assis) Sic prosum prodes prodest. ⁊c̃. Adsum.
profui. ⁊c̃. Possum potes potest possumus potestis possunt: poteram/potui/ potero.
Ueteres dicebant potessim/potessem. ⁊c̃. pro possim possem. Et potestur poteratur/
possetur: pro potest poterat posset. his ⁊ similibus scatet Plautus. Celius cū suis cō=
tēporaneis. Reliqua cōposita declinantur vt sum. ¶ Uolo vis vult. Plurali volum⁹ vul
tis volūt. Impfecto volebam bas bat. ⁊c̃. Perfecto volui/isti. ⁊c̃. cū suis deductis: vt
volueram: erim: voluissem: voluero. Futuro volam/les. Imperatiuo caret: quia volū=
tas est libera neq̧ imperari potuit. Licet Diomedes dixit volito/ tote. Alij: fac ve=
lis: nō sunt in vsu. Opta. etiā vellē/les. ⁊c̃: que voces sunt imperfectiui: subiūctiui. i.
futuro optatiui veli velis. ⁊c̃. Infinitiuo velle. Supino ⁊ gerundijs caret/ teste Pho
ca. Licet aliqui (nullo authore) dicant volitum/voliturus.
¶ Malo mauis mauult. Plurali malimus mauultis malūt. Impfecti malebā. Per= Malo.
fecti malui: cū deductis malueram: maluerim: maluissem: ro. Futuro malam/les. ⁊c̃.
Quinti. li. j. Qui grecā figurā/ nō latine sed circa reprehensionē loquetur. Impa. ca=
ret. Opta. mallē: maluerim: maluissem: malim. Cōiūcti. malim: mallē: rim: luissē: ero.
Infini. malle: maluisse. ceteris caret. Leges apud vetustissimos nō imitāda mauelī.
⁊ mauellē. Plau. in Aulu. Mori sese mauellet. Idē in Amphi. Experiri isthuc mauel=
lem. Nolo similiter inflectitur. Nolo nōuis nonuult nolumus nōuultis nolunt. Imp. Nolo.
fecto nolebam. Preterito perfecto nolui noluerā cū alijs deductis: vt noluerim: luis=
sem: ero: luisse. Futuro nolam/les. ⁊c̃. Imperatiuo noli nolite. Futuro nolito nolitote.
Optatiuo nollem/noluerim: luissem. Futuro nolim. Coniunctiuo nolim: nollem: erim
luisse: ero. Infini. nolle: noluisse: reliqua nō sūt in vsu. ¶ Fio/is (. i. efficior) fis fit. in mo=
re quarte cōiugationis irregulariter tamen. Preterito factus sum cū deductis tem=
poribus. Impatiuo caret: vel sm quosdam mutuatur a futuro optatiui fias fiat. ⁊c̃.
Nā fi fite ⁊ fitote raro (nisi apud antiquos) leguntur. vt apd Plautū et Catonē. Uete
res fitur et facitur et facessetur et alia multa dixere (vt probat Priscianus) que exo=
leuerunt: in reliquis fio per quartam coniugationē declinatur.
¶ Eo et queo per quartā cōiugationē et nihil anomalum habēt/nisi ibā/quibā/ibo/ Eo. Queo
quibo: et in quibusdā tēporibus: vt psonis secūdā vocalē pro tertia: vt Eo is it: plurali
imus itis eunt. Imperfecti ibā. Perfecti iui: cū alijs deductis: iueram: issem: rim: ro:
isse. Futuro eam/ies/iet. ⁊c̃. sed vsitatius ibo bis. ⁊c̃ Quanq̧ antiqui illud futurum/
in ibo enunciauere: iam tamen exoleuit: nisi in ibo et quibo. Cecilius. audibis male
si male dicis mihi. Proper. Lenibunt tacito vulnera nostra sono. Apud Plautum est
frequens. Impatiuo I eat eamus ite eant. Futuro ito eamus itote eunto. Opta. irē
iuerim: iuissem eam. Cōiūc. eā: irē: iuerim: iuissē: iuero. Infinitiuo ire: iuisse: iturū esse
Gerundia eundi do dū. Supi. itum/itu. Participia iens iturus. Sic ⁊ queo varia=
tur. Cuius gerundia nō legimus: sed nec a veneo participia.
¶ Edo es est. In plurali edimus editis edunt. Edebā: edi: ederā: edā: Impatiuo es vel Edo / es: vl' ede
ede edat: plurali edam⁹ este vel edite edāt. Futuro esto vel edito. pluraliter edam⁹ esto=
te vel editote/edunto vel tote. Opt. ēm: ederim: edissem edam. Cōiunc. edam: ēm:
ederim: edissem: edero. Infi. esse: edisse esurū esse. Gerū. edendi/do/dū. Supi. esum: su
edit dr. Cōposita eius candē sequūt formā sm quosdā: vt comedo comes comest. Ex=
edo exes exest. Uirgi. iiij. Eneid. Quid delubra iuuāt: est mollis flāma medullas: est
pro edit. idē in Geor. Ut mala culmos esset rubigo: es ⁊ pro comederet. Plau. in mili
te. Es/bibe: es. i. comede. Mar. Si vis esse satur/nrm potes ē papā. Oui. de ponto
Estur vt occulta vitiata putredine nauis. Plau. veniat senex quē absentē comes. Ci
ce. p hortē q̄ seue ipse comest. Idē. Egritudo lacerat et exest mentē. Ply. Comesse fe=
tus suib⁹ nō est proditū. Cice. p sertio. ⁊ bona solus comesset. Idem. L. Flacco. quasi Estur.
bona comesse Rome nō liceret. Apd veteres edo regulariter declinabat. teste Seruio Comest.
sup illud enei. Nō media de gēte phrygū excedisse/nephandis. vbi etiā dr: es a sum/ Exest.
corripi/ab edo produci. hiero. in sacris quoq̧ vetustā cōiugationē imitat: vt in illo.
q̄s plātat vineā et de fructu ei⁹ nō edit. alibi. Uincēti dabo edere de ligno vite. Ser=
uio consentit Diomedes: vn̄ meli⁹: comedo comes/q̧ comedo comedis.

¶ De ijs q̄ in prima psona dupliciter efferūtur et idem significat.

to be harde.
to make harde. cōiugationis. vt dureo/denseo.
Sunt duro & denso primæ/per eoq; secundę.
.s. passiua.
Sunt primę actiua hæc, quando sunt neutra secundæ.
.i. cōgrego. .s. cōiugationis. to vnyte/or knyt togyder.
Est vno primæ, sed crebrius vnio quartæ.

¶De verbis tā primę q̄ tertię cōiugationis in prima perso na confusis/in significatione diuersis.

Primi nunc flexus sunt isthęc/nunc quoq; terni.
laa(to call) das(to cōmaunde) las(to cōmaunde) ras(to loke) das(to laye a groūd werke)
lis(to dryue) dꝫ(to ete/or chue) lis(to dryue) rꝫ(to sowe) dis(to powre)
Appello mando compello sic sero fundo.
to saye. to dedycate. to wyll.
Dic dico dicis/dico sicq; dicas: volo visq;.
to flye. to bequethe. to rede.
Dic volo sicq; volas: lego legas: lego gisq;.
Esto lauo primę, ternæ quandoq; repertum.
Dic pinso pinsis: legitur pinsas quoq; raro.

Lauo. ¶Lauo olim erat terne. Horati⁹. Phebe qui tāto lauis amne crines. Idem. Ora manusq; tua lauimus Feronia lympha. Similiter pinso nunc tertie. olim erat prime. Calphurnius. Dicitur et nigrum pinsare legumine panem.

to swage. to cut/to kyll/to bete/to gyue place.
Sedo per s/primæ cędo per c/quoq; ternæ.

¶De ijs quę sunt tam secundę q̄ tertiæ coniugationis.

Nunc terni flexus, nunc sunt hæc verba secundæ.
et tergeo. caueo. strideo. fulgeo. to be hote.
Tergo cauo strido sic fulgo ferbeo ferbo.
conniueo. excelleo. sorbeo. oleo. frigeo.
Conniuo excello sorbo iungas olo frigo.
Vngo deflectes vngis simul vnguo dat vnguis.

¶De ijs quæ confusum habent præteritum.

Pręteritum retinent confusum quę comitantur.
Pasco pauet paui dant, cresco cernoq; creui.
Pendeo pendo pependi, tendeo tendo tetendi.
Mulceo mulgeo mulsi, luceo lugeo luxi.
Vult acet ac acuit acui, pateo patiorq;.
Et pandor passus, frigo quoq; frigeo frixi.
Versus formabunt ambo, verror quoq; vertor.

¶F 3 N 3 S

¶Lōdini in ędib⁹ VVinādi de VVorde. xxix. supra sesquimillesimū nostrę redēptiōis anno, Ad Cal. Septemb.